

et persuasum iam esse volo, maxime quia hisdem ambo studiis  
angimur eademque nobis studiorum <sup>(a)</sup> meta proponitur <sup>(b)</sup>. re qui-  
dem sentio quante iacture sit eloquentie studium alteri studio de-  
ditis, et nobis maxime qui scientiis mutis insistimus. in omnibus  
igitur litteris meis eo tecum sermone loquar quo uti coram sum  
solitus <sup>(c)</sup>, ac te presentem putabo; et quicquid acciderit, tibi quo-  
tidiano sermone perscribam. nunc itaque gaude: cuncta prospere  
succedunt. a te pridie sospites discedentes, Bononiam, diis homi-  
nibusque <sup>(d)</sup> faventibus, sospites devenimus, atque ab omnibus gra-  
tiose suscepti sospites hucusque permansimus atque, ut spero, vo-  
lente Deo, in posterum permanebimus. omnes autem qui te neverant  
an venisses et an valeres avidissime perquirebant, teque post hec  
festa, ut pollicitus es, venturum expectant. vulgari tecum, ut vides,  
sermone loquor; tu autem, cui suppetit otium cuique non parum  
strenue aptitudinem ad eloquentiam celum et natura dederunt, hoc  
munere feliciter utere; si tibi quicquid seu libero stilo seu lege car-  
minis coarctato ad nos dictitare libuerit, cuncta semper elegantissime  
facere poteris. eia ergo, scribe, et sepius, sicque animum plerunque  
laborantem <sup>(e)</sup> tuo amenissimo eloquio erige, refove et restaura.  
vale et neminem quem michi amicum nosti insalutatum omittas.  
iterum <sup>(f)</sup> vale. Bononie, .iv. idus octobris 1390, raptissime <sup>(g)</sup>.

e perciò farà uso,  
scrivendogli, di e-  
spressioni comuni,  
quasi l'amico fosse  
presente.

Gli annuozia poi  
il suo arrivo a Bo-  
logna, dove spera  
rimanere.

Lo sollecita a  
dettargli qualche  
componimento, sia  
in prosa, sia in  
versi,

e chiede d'esser ri-  
cordato agli amici.

## XXV.

GIOVANNI DA BOLOGNA A P. P. VERGERIO <sup>(1)</sup>.

[Gu. n. 6].

Scientie multe laudabilisque fame viro magistro Petropaulo,  
artium doctori et medicine studenti, fratri karissimo.

**N**IL michi novum aut mirum occurrit litteris michi quod <sup>(h)</sup> vestris  
nunciasti; languentium namque ad salutem sitis semper im-

Muggia  
1388-90 (?)

Ha inteso che si  
applica allo studio  
della medicina.

(a) *P* hisdem nobis studiorum (b) *P* ponitur (c) *P* coram suis solitus (d) *P* diisque  
omnibus *Go* omnibusque (e) *C* labentem *Go* labantem (f) *B P Go om.* Vale-iterum  
(g) *P* 1490 *C om.* raptissime (h) *Cod.* occurrit litteris michi in quod

(1) Mancando ogni argomento per si eccettui quello intrinseco dell'affissare la data di questo viglietto, se cennno ad una visita di Giovanni a Bo-